

MEMOIRS  
OF THE  
ASIATIC SOCIETY OF BENGAL,

VOL III, No 9, pp 513—704

JESUIT LETTERS AND ALLIED PAPERS ON  
MOGOR. TIBET, BENGAL AND BURMA


EDITED BY THE REV H HOSTEN, SJ

PART I

MONGOLICE LEGATIONIS COMMENTARIUS  
OR  
THE FIRST JESUIT MISSION TO AKBAR

BY

FR ANTHONY MONSERRATE, SJ  
(LATIN TEXT).



CALOUTTA

PRINTED AT THE BAPTIST MISSION PRESS, AND PUBLISHED BY  
THE ASIATIC SOCIETY, 1, PARK STREET

1914

F 1a

P CLAUDIO AQUAUIUA TOTIUS SOCIETATIS  
JESU PRÆPOSITO,

ANTONIUS MONSERRATUS EIUSDEM SOCIETATIS  
SACERDOS

S P D.

Ea fuit priscorum hominum diligentia ut, dum iter agerent, omnia quæ vnius cuiusque diei euentus attulisset diligentissime in aduersaria referrent. Cuius rei curam Alexander Macedo Eratosteni dedit, cum Asiaticam expeditionem instituit, \*Antiochus autem Nicator, Seleuci Nicatoris filius, Artemidoro<sup>1</sup>. At Iulius Cæsar eum laborem ipsemet subiit, et bellorum quæ gessit commentarios conscripsit \*hoc ipsum Persiæ reges, ut in Esdra habetur factitarunt, nam qui ab accidentibus appellabantur, et scribere accidentia dicebantur regum imperio nihil quod accideret, præteribant, quin litteris commendarent<sup>1</sup>. Quorum diligentiam plerique postea tum terra tum etiam mari imitati sunt, qui Geographiæ, Nauticæ, et Historiæ optimis studijs dediti, literariæ Reipublicæ non mediocri accessione, penu cumularunt

*Esdræ 3  
Cap. 2*

Ac cum in Societate Iesu, hac et alijs de caussis, ut omnia quæ eueniunt perscrabantur jam inde a fœlici Ignatij patris nostri memoria, qui primus ut ita fieret edixit, in mores inductum sit ne ab optimo instituto religiosus vir Rodericus Vincentius Societatis in Indiæ prouincia præpositus discederet, quo tempore ad Zelaldinum Equebárem Mongolorum Regem proficiscebamus, mihi curam imposuit, ut singula quæ cum in itinere, tum' etiam dum cum Rege uersaremur acciderent scriptis mandarem. Cui cum ad amussim parere ex meæ uitæ ratione et Societatis instituto deberem, ad eius me imperium ita comparaui, ut singulis diebus noctu biennium integrum cum dimidiato quicquid eius diei tulisset euentus litteris committerem. Quo singula persribendi quotidiano || labore, quicquid iter ac tempus uarium dederunt, complexus sum

*A S H  
1582*

Ea uero sunt flumina, urbes, regiones,<sup>2</sup> hominum mores, templa, religiones. Ac posteaquam ad Regem uentum est, eius \*quam præferebat<sup>3</sup> erga Christi religionem \*simulata quidem<sup>4</sup> pietas. Erga Rodolfum, cui data erat grauissimi eius negotijs prouincia, et erga eius socios \*ambitiosa fucataque<sup>4</sup> benevolentia. Tum ipsius Rodolfi

<sup>1</sup> Later addition — The remarks at foot apply to the text between the \* and the figure

<sup>2</sup> Pencil-note by X, + e, the anonymous annotator The date is wrong

<sup>3</sup> Deleted after "regiones" agrorum amoenitates.

<sup>4</sup> Later addition

3 facit, | ac illi soli parcit, qui pastum sibi, et familiæ\* parat<sup>1</sup> Nam huiusmodi ele-  
 phantum contubernia, in nemoribus ali, quasi boum armenta, Zelaldinus curat,  
 atque tum spectaculi præbendi caussa, tum etiam ut optimos quosque seligat, ad se  
 4 adduci jubet Grexes uero sunt, fere uiginti capitum, diuersa | corporum statura, et  
 cornuum \*magnitudine,<sup>2</sup> pro cuiusque ætate Qui demisso sunt, ad clunes, dorso,  
 et cruribus, atque collo firmi optimi habentur \*Edere partum elephantes post  
 octauum mensem, nonnunquam post sextum et decimum senis mensibus a matre  
 nutriri fœminas decimo anno concipere uiuere quantum longæui homines quo-  
 dam etiam ad ducentesimum annum peruenire morbos esse et incurabiles, Strabo  
 F 50a 1 scripsit, Plinius delectum in belua uires & ætatem et magnitudinem facere<sup>3</sup> \*Ar-  
 mentarij uero ferunt elephantes ad ducentos annos, uiuere, quinquagesimo ad  
 iustam staturam peruenire, centum annorum, firma esse ætate, ac robore præstare,  
 centesimo quinquagesimo senescere ducentesimo, ad finem, et exitum vitæ || per-  
 uenire<sup>4</sup> At uero morbis frequentissime uexantur, febrique laborant Verum, \*si  
 frigore quodam mortifero obrigescant, intra uiginti quattuor horarum spatum,  
 contabescunt, et moriuntur Ægri gemitus edunt, sese, ut in lecto homines mouent,  
 lacrymantur, et sibi medicinam fieri permittunt nec ut alia bruta animantia reluc-  
 tantur Fœminæ, mirum | in modum, sunt pauidæ Ignem præcipue, et \*æneorum  
 tormentorum ac fistularum et fulminum<sup>5</sup> strepitum reformidant et magno impetu  
 sese in fugam coniiciunt ut incautos facile opprimant, et \*pessimident<sup>6</sup> Pusilli,  
 uix viii annos suem, exæquant, a decimo anno disciplinæ subduntur Qui ad bella  
 3 instruuntur, a barbaris, et impijs hominibus, quo in | homines sint efferatores, hu-  
 manis carnis pascuntur Sontes, ad illorum pedes projiciuntur Hinc existimo,  
 ortam esse fabulam, elephantes conspecto sanguine, ad bellum incitari Non enim  
 magis, conspecto sanguine mouentur, quam si aquam conspiciant Ita educatis, si  
 ex dorso quis elabatur, aut decidat, cum in illum insilit, mos est hominem proterere,  
 4 cum existimet, eam ob caussam, sibi ad | pedes accidisse, uel obiectum esse Hoc  
 discrimine liberatus quidam est, e Sacerdotibus, qui Naruadum fluuium, elephantem  
 coactus \*transire, ignorantia, et desuetudine, cum mora in illum insiliens, prope  
 periret Flectunt enim se elephantes, \*et pede ac poplite ad se ipsos per quosdam  
 ueluti gradus ascensum parant,<sup>7</sup> uerum, oportet eos qui ascendunt, quam celerrime  
 maturare, nam ubi primum, se pedibus premi sentiunt, \*ut se erigant connituntur<sup>8</sup>  
 F 50b 1 Neque enim articulis, nodisque, et colligationibus, ijsdem, in | cruribus carent, quæ  
 habent, cæteræ quadrupedes, ut quidam ex antiquis, a fallacibus nouarum rerum,  
 et nugarum, commentatoribus decepti, memoriae prodiderunt Unum, et alterum  
 restat, de elephantibus, et id sane admiratione dignum, vix n credi posset, quam  
 graues inimicitias, mutuo suscipiant, elephantes Nam si duo, aut plures, odio dis-  
 sideant, et sese vicissim | conspiciant, facto impetu, magna uiuehuntur, et sese

1 ist subministrat      2 ist crassitie      Later addition  
 \* ist Ducentis annis, ut plurimum, uiuant quinquagesimo peruenient centum      firma sunt ætate, ac robore  
 præstant, centesimo quinquagesimo senescunt, ducentesimo perueniunt  
 5 ist si frigore quodam corripiuntur  
 6 Later addition.      7 ist obterant.      8 ist traducere.      9 ist et quasi scalam ex sese præbent  
 10 ist tollunt se, atque erigunt.

Lib 15  
 Lib 6,  
 Cap 19

collidunt at uero, ductores \*equitantes,<sup>1</sup> ne conspiquunt quidem, nedium laedant. Difficile etiam dictu est,\* rhinocerotes, etsi prae illis pusillæ sint,<sup>2</sup> quantum timeant, et exhorrescant porro, quam insolenter rhinoceros, elephantem contemnat. Nam elephas, conspecta rhinocerote sese | totum, tremebundus flectit, atque demittit, proboscide in os condit, loco cedit, donec transeat rhinoceros restans, uix fustibus, compelli potest, ut gressum moueat. Iam uero certamen, cum rhinocerote, uelis remisque declinat. Nam rhinoceros, sub bestiam, se infert, et naris acuto cornu, uentre eius petit, et perforat, cum nihil, ab elephante | laedatur. Porro elephas, inflexa in os proboscide, dormit murium, & formicarum formidine, at murem præcipue reformat. Eius est naturæ animalium, quæ aqua delectantur, ut sunt bubali, sues, et alia id genus. At uero, ut bestia domari, et coerceri posset, Deus naturæ, ac ||

F 51a 1 rerum conditor qui cætera homini, hominem, ut sibi obsequeretur condidit duobus membris debilem, et imbecillum elephantem esse voluit nimorum ipso nexu, node que cruris utriusque, nam sui grauitate, \*uel resti tantum,<sup>3</sup> si prehendatur, maximum dolorem bestiæ renitenti, et calcitranti, id quicquid est vinculi affert quo fit, ut 2 cathena impedita, in | fouea, facile teneatur. Tum fronte ipsa, atque proboscide nam in fronte, quod ualde tenuem, et imbecillam habeat cutem, ægre patitur se pungi, quo fit, ut unco impacto facile, a cursu cohipeatur ad quem inhibetur, adhibito manubrio quodam, \*infixis<sup>4</sup> clavis instructo, et ad dorsum, magna ui admoto quod si furibundus, unco non pareat, uel \*obducto oculis ueli operimento,<sup>5</sup> uel stipite, 3 quem oblonga cathena | uinctum, \*et a domitore humo [im]pactum,<sup>6</sup> suis pedibus implicat, coercetur. At uero ictus, in proboscide, sub oculis, pedem quam citissime refert. Ignis item, si admoueatur, Euris ocyor, fuga salutem querit. Eam ob causam, in circu, ne quid malum, ab elephantibus Rex pateretur, satellitio hominum cingebatur, qui gestabant uncos, oblongis \*hastilibus præfixos,<sup>7</sup> et pulueris sulphurei 4 machinas, | quæ igne concepto, in orbem cum fragore, et strepitu uersantur. Hi inuidenti elephanti, sese opponebant. Quibus etiam instrumentis, elephantum pugnas dirimebant. At vero in acie, ne ordines equitum, suæ molis metu, perturbent \*equisones equos, elephantibus uidendis, non solum uerum etiam, ad eos pugnaciter lacessendos, assuefaciunt.

*V vir[is]  
p[r]odromi[us]⁹*

Strength of the army Cæterum, ut eo unde sumus digressi, redeamus pedestris omnibus, armatura

uaria instructus, bellum gerit. Verum tota uirtus bellum in equitatu posita est. Quo fit, ut magnis sumptibus non parcet, quo integris, quoad eius fieri possit, semper

2 equitum | copijs, sartum tectum imperium conseruet. Nam exceptis legionibus, quæ ducibus, tanquam heris iam inde ab auis, et proauis, adhaerescunt et equitatu, pedestru, elephantibusque constant quibus ipsimet duces, ex uectigalibus prouinciarum, sibi a Rege traditis, stipendia persoluunt quadraginta quinque millibus equi

3 tum, quinque millibus elephantum, | quamplurimis pedestrum millibus, stipendia ex suo ærario persoluunt. Veteri enim usu, ac consuetudine comparatum est, ut quæ bello acquiruntur, \*nemini perpetuo iure,<sup>10</sup> a Rege donentur, sed pro Regis libito,

<sup>1</sup> ist inequitant. <sup>2</sup> ist Rhinocerotem etiamsi pusilla sit. <sup>3</sup> ist vel tenui funiculus. <sup>4</sup> ist præfixis

<sup>5</sup> ist injecto, ante oculos operimento. <sup>6</sup> Later addition. <sup>7</sup> ist contis infixos

<sup>8</sup> ist hos "Equisones" cannot be found in the best dictionaries. I propose "agasones" = grooms

<sup>9</sup> Later addition. Indistinct. <sup>10</sup> ist Regi cedant prorsus omnia, nec in perpetuo iure